

6619 Ti. Claudio Nero[ne]¹, | Sex. Veturius C. f. Vivir², T. Visti[nius]

Asisii (XI 5424 vidit Bormann). — 1) *Videtur indicari aut annus a. u. c. 744 aut 747.* — 2) *Antiquissima mentio sevirum municipalium* (Bormann). *Ceterum Nepete anno 741/2 magistri Augustales primi creati sunt, cf. supra N. 89. Alius sevir ingenuus Asisii est XI 5426. Sed fuerunt Asisii etiam seviri libertini, cf. supra N. 3752. 5369, cet.*

6619^a Cn. Decimius Cn. f. Lem. | Bibulus | évocatus leg. XIII¹, | Vivir.²

Fulginiis, sed Hispelli dicitur rep. (XI 5275 Bormann vidit ectypum). — 1) *Fortasse commilitonis huius Bibuli, una cum eò Assisium deducti, est titulus XI 1955.* — 2) *De seviris ingenuis Hispelli cf. Bormann C. I. L. XI p. 766.*

6619^b C. Octavius | P. C. I. Faustus Miccus | Vivir. | Marcia Chila d. s. p. f. c.

Collemaggio prope Asisium, ubi videtur fuisse Urvinum Hortense (XI 5479 descr. Conestabile).

6620 C. Alfio C. fil. | Ser. Clementi | Maximo IIIvir. i. d., | aedili, q. pecuniarum | publicar., q. alimentor., | pueri et puellae¹ qui ex | liberalitate sacratis|simi principis aliment. | accipiunt consensu | parentium ex aere | conlato. S. c. l. d.²

Asisii (XI 5395 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 6225.* — 2) *Sic etiam in aliis titulis Asisinatibus N. 3398. 3752.*

Alios titulos Asinates habes supra N. 5346 (hunc positum a magistratibus qui more Umbro marones appellabantur), praeterea N. 2925. 3039. 3322. 3398. 3752. 5459.

6621 d. m. | Veiedio L. f. Clu. | Crescenti aed., | Ilvir. i. d., q. reip. | et aliment. Arnat.¹, | Veiedius Fortunat. | pater et Cispia | Martina mater.

Rep. prope Asisium loco dicto la Bastia, videtur pertinuisse ad Arnam, iam est Perusiae (XI 5644 vidit Bormann). — 1) *Cf. N. 6622 not. 2.*

6622 Phileros | qui praefuit templo¹ | Arnae², | Statia Charite | Fortunae d. d.

Civitella d'Arne prope Asisium, ubi fuit Arna, rep., est Perusiae (XI 5608 vidit Bormann). — 1) *Ex eodem templo videntur prodixisse tituli XI 5607 (= Orell. 1733). 5609 (= Orell. 733). 5610 (= Orell. 5410). 5611 (= Orell. 1743), Fortunae omnes dicati.* — 2) *De Arna civitate Umbriae cf. Bormann C. I. L. XI p. 811.*

6623 C. Matrino Aurelio | C. f. Lem. Antonino v. p.¹, | coronato Tusc. et Umb.², | pont. gentis Flaviae³, | abundantissimi muneris sed et | praecipuae laetitiae theatralis edi[t]o[r]i, | aedili, quaestori, duumviro | iterum qq. i. d. huius splendidissimae | coloniae, curatori r. p. eiusdem | colon. et primo principali, ob meritum | benevolentiae eius erga se | [ple]bs omnis urbana Flaviae | Constantis⁴ patrono | dignissimo.

Hispelli (XI 5283 vidit Bormann). — 1) *Viro perfectissimo.* — 2) *Hoc munere Antoninus videtur functus esse ante coniunctionem Umbriae et Tusciae solutam, de*